

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Honor Sanctis debitus & habitus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

312 Cap. XXVII. *Viduas, Magistratus, sacerdotes, &c. honorando.*
Rex eam reddi iusfit: cumq; alter non statim paruisse, supplicium pri-
pria manu de eo sumpsit. Tantus honos habetur pietati, apud bar-
baros: ut proinde ipsos barbarie barbaros vident, qui Dei seruos
nesciunt honorare, immo audent digitis, & velut Apula canis,
linguis quoque, ciconijsque ridendos propinare.

VIII.

Act. 18. 10.

Prov. 5. 9.

Act. 19. 12.

S. Greg. lib. I.
Dial. c. 2.

Ioan. 14. 12.

12. Honor, veneratio & cultus debet etiam Sanctis vita
seu frumentibus, seu functis. Si vivunt adhuc, multa, immo fer-
pleraque illis conueniunt, cum hominibus Deo sacratis. Quo pa-
sto Melitenses magnis obseruantiae signis ticulisque Paulum cum
socijs prosecuti sunt, quin & muneribus cum, & propter eum
comites quoque eius honorauerunt. *Qui multis honoribus nos hon-
orauerunt, & nautigantibus imposuerunt, que necessaria erant*, ait. Vbi
honorum, & honorandi verbum, pro diuitiis ac ditando, phrasi Scri-
pturæ accipitur, sicut cùm dicitur, *Ne des alienis honorem tuum*,
hoc est, facultates tuas. Mirum est autem, Paulum eum honorem,
hoc est, commeatum admisisse. Sed non admisit mercedis loco,
qui adeò abhorrebat à necessario quoque victu, quem alij defe-
rent, malens manibus ipse suis, quin & labore ac sudore compa-
rare. Cur igitur admisit? Vincto & in itinere maritimo non li-
cuit laborare. Cur admisit? Melitensem liberalitas & gratia-
do adeò erat vehemens, importuna, & quodammodo violenta,
ut non posset eum honorem repudiare. Cur admisit? itinerisco-
mites, quibus in eius gratiam benignè siebat à Melitensibus, no-
luit fraudare hoc emolumento. Cur admisit? quia, sicut alias, vi-
dit in se Christum honorari, & Euangeliū, vt quando super lan-
guidos deferebantur à corpore eius sudaria, vel semicinctia, & reced-
bant ab eis languores, & spiritus nequans egrediebantur. Usque adeò
reliquæ etiam tum magni siebant, vt vel sudariola, quibus sudor-
em abstergebat, vel semicinctia, seu perizomata, quibus se me-
dium cingebat, ad cauendas & arcendas è vestibus fôrdes, cùm
in opificio versaretur scenofactoriam exercens. Ad quem mo-
dum caligula Honorati cadaveri admota, illud ad vitâ excitauit
teste S. Gregorio, eam enim Libertinus, qui admouit, ob tanti
Abbatis reverentiam gestabat semper in sinu. Quia igitur Deus
in sanctorum suorum honoribus honoratur, promisit Christus,
discipulos suos operibus suis maiora facturos. Itaque prodic-

S. Augu-

S. Augustinus ipsorum languentium atq; mortuorum relata post S. Augustin;
sanctorum contactum reliquiarum vestimenta, sanitatem vtram- lib. 22. de ci-
que attulisse; immo & flores. De puluere, ac situ sepulchrorum, uit. c. 8.
de oleo lampadarum, & lychnorum ad illa suspensorum, de ma-
nuali aqua, pedumque ablitorum, & similibus, tam multa sunt
in historijs & Patrum scriptis testimonia, vt qui dubitet, meritò
nihil omnino credere videatur, & pertinacior si spiritibus ne- Vide Bellar.
min. lib. 2. de
adoraz. Gabr.
quam, qui Apostoli semicinctia & sudaria ferre non valentes, co- Vasques lib.
rum potentiam experti, ab oblessis vel inuiti egressi sunt. Rectè 3. de adoraz.
igitur hinc cultus Sanctorum, & sanctorum reliquiarum deduci- Baron. in
miraculis honorat, quis tam superbus erit, vt non & ipse eos velit Notis Marty.
honorare?

Et quidem in viuis adhuc degentes fuisse æstimatos atque
honoribus ornatos etiam nomina ostendunt, quæ eis, ob pietate-
tem, homines imposuerunt. Mirum est, quod de Iacobo minore
Christi discipulo proditur memoriae, quia puer adhuc incredibili,
ac supra ætatem magna sanctitatis opinione imbuit omnium
mentes, vnde *Sanctus* vulgo appellatus est. Auxit opinionem hanc
de eo receptam summa vitae austeritas. Enim uero neque vinum
bibit umquam, neque ullum carnis nouit usum; intonsus vixit, un-
guenti & balnei experts: adeò precando Numini deditus, vt eius
genua in camelorum speciem occalluerint. Sic Gallus adhuc vi-
vus *Sancti* cognomen meruit, ob pietatem. Et Bonfinius est au- Bonfinius
thor, D. Germano à Gallis nō solùm in morte, verùmetiam in vi- lib. 4. dec. 1.
ta velut sancto magnos honores exhibitos: quod sanctissimam vi-
tam duxisset, hæreses extirpasset, & miserrimis Hunnorum tem-
poribus consilio & precibus Gallis & Britannis mirabili adumen-
to fuisset. Sic prisci Patres, vt videre est in epistolis S. Augustini,
cū ad se se mutuò epistolas missitarent, non solùm, ob officium,
verùm etiam, ob mores se se mutuò *Sanctos* appellauerunt. Quod
& tempore Apostoli factum est, ita enim scribit: *Salutate Philo-* Rom. 16. 15
logum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympiadem, & omnes,
qui cum eis sunt *Sanctos*. Christianos enim quasi sanctos & recipi,
& salutari oportere iudicabat. Ita salutabat, recipiebat, consul-
bat *Sanctos* præsa ætas, in exemplum sæculi deterioris; ab ijs, qui

IX.
Sabellicus
lib. 6. c. 3.

R r verita-